56. *Maxillaria brunnea* Lind., Rchb. fil.: affinis Maxillariae chloranthae folio late ligulato basi cuneata pedali, tepalis linearibus obtusis sepalis paulo brevioribus, labello cuneato apice trilobo tepalis subaequilongo, lobis lateralibus rotundatis, lobo medio ligulato carnoso medio exarato brevi, carina depressa apice acuta a basi anto lobum medium, gynostemio incluso pede labello subaequilongo. — Species haud egregia sat similis vulgari Maxillariae chloranthae Lindl. sed notis datis bene diversa visa. Sepala ligulata obtuse acuta. Bractea ovario aequalis (quae nota a cel. Lindl. magni, a me haud magni habita). Androclinium prope perpendiculare. — Blüthen hellbraun. — Ocaña im Mai. Wälder. 7000′. Nr. 1161.